UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CLXXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63213

Visual Library

REGVLA CLXXVI.

DEBITOR quantitatis, perempta quantitate etiam caſu fortuito, non liberatur. Quam regulam probat text. in l. incendium. C. ſi cert. peta. & in. §. item his. Inſtitu. quibus mo. re contra. oblig. glo. in l. quod te mihi. ff. ſi cer. peta. Circa quam regulam vide Iaſ. in l. ſi a furioſo, nu. 4. ff. ſi cert. peta. Caro. Rui. in cōſ. ccxviij. nu. 10. vol. j. & in conſi. clxxj. nu. 10. vol. iiij. Hanc reg. ponit Iaſ. cū 6. limita. in d. l. quod te mihi, nu. 14. Eaſdem 6. limitatio. ponit etiā Martinus Sancius Vaſcoletus in tract. indiuiduorum. in vij. cerula. nu. 80. & quia non ita facile inueniri poterunt.

1 Limita primo, niſi debitor obtuliſſet quantitatem, & ipſe creditor recuſat accipere: nam ſi poſtea pereat quantitas, debitor liberatur. Probatur in l. ſi decem. ff. de ſolu. & clarius in l. ſi & per emptorem. ff. de actio. emp. & ita Bartol. in d. l. quod te mihi. nume. 4. Quod eſt verum niſi illa quantitas adhuc maneat: quia tūc tenetur: vt in l. ſed & ſi poſt. ff. de arbitr. ita notab. tenet Iaſ. in d. l. quod te mihi. in l. ſi a furioſo, nu. 4. ff. ſi cert. peta. Carol. Ruin. conſil. cxvj. nume. 11. vol. v.

2 Limita ſecundo, in debitore quantitatis ſimpliciter: ſecus autem in debitore quantitatis reſpectu ſpeciei, nam tunc perempta ſpecie liberatur a quantitate. Ita tenet Barto. in d. l. quod te mihi. nume. 9. per tex. in l. Titiæ, textores in. §. fina. & in l. filiusfamilias. in. §. fin. ff. de leg. j. & alia iura quæ ibi allegat, quam limitationem Bart. ſequitur Alberic. Caſtren. & Alexand. Moder. in l. ſi ex legati cauſa, ff. de verbo. obligatio. Iaſ. in d. l. quod te mihi numero 15. vbi eam declarat.

3 Limita tertio, quando prætium vere, vel ficte ſupereſt penes debitorem. Vt in l. ſi poſſeſſor. in. §. fi. ff. de petitio. hęred.

4 Limita quarto, quando inter partes eſſet conuentum, ꝙ periculū eſſet creditoris. Vt in l. periculum. C. de nauti. fœno. Regia l. iij. in fi. tit. ij. par. v.

5 Limita quinto non habere locum, in caſu. l. Titius. verſi. ſed neque ipſius. ff. de pręſcrip. verb. vbi probatur, ꝙ ſi dedi pecuniam alicui, & in eum tranſtuli dominium cum hac conditione, ꝙ ſi quid lucratus fuerit ex reditu eius ſolueret pro me tributum: nam cum tale pactum fiat gratia creditoris principaliter, et principale lucrum debet eſſe creditoris, ideo periculum debet ad creditorem ſpectare, cuius gratia principaliter celebratus fuit contractus. Hanc limitat. per iſtum tex. ponit expreſſe Paul. de Caſt. vbi dicit ſe neſcire alibi. in d. l. quod te mihi. quem ſequitur ibi Iaſ. nu. 15. Alexā. in d. l. ſi ex legati cauſa, in fi. ff. de verb. obl. Pro qua opinio. videtur tex. de iure regio in l. iiij. ad medium, titu. iij. par. v.

6 Limita ſexto, quando reſpublica deberet certam quantitatẽ frumenti alicui, & eam illi obtulit: & quia erat tempus fertilita creditor accipere recuſauit, volẽs expectare tempus careſtiæ: na iſto caſu reſpublica in totum liberatur, etiam ſi frumẽtum oblatu extaret: Vt in l. nulli. C. de arroga. milita. annonæ. libr. xij. & i Bar. quem tex. ad hoc ponderat Bal. in l. non dubium, nu. 10. verſ ſexto modo fit fraus, C. de legi. & in l. accepta, nu. 24. C. de vſ Roma, in d. l. quod te mihi, nu. 6. in fine.

REGVLA CLXXVII.

DEBITVM vel onus diminuitur diminutis perſonis quib aliquid relinquitur ſeu debetur. Hanc regu. probat tex. in l. Se amico. in princ. ff. de annu. lega. vbi ſi lego Titio decem annua interueniet negotiis filiorum meorum qui erant tres, vno morien te legatum minuitur, ex quo vnus etiam minuitur. facit tex. in l. pe nult. ff. de condi. & demonſt. in l. j. in. §. j. C. de cadu. tollen. Facit a hoc, nam ſi debeo alimenta pluribus, quorum numerus ſit dimin tus, minuitur onus. l. dominus. §. fin. ff. de vſufru. l. iij. §. debebit. & l pecunia. ff. de alimen. & ciba. lega. alimenta enim cum perſona ex tinguuntur. vt in l. cum ij. in. §. conſtat. ff. de tranſactio. in l. in ſingu los. ff. de annuis lega.

1 Fallit primo, vbi obligatio eſt tranſitoria ad hæredes: quia dimi nutione perſonarum non minuitur actio vel obligatio, ſed tranſit a hæredes etiam ſi ſint collegæ in creditum: Vt in l. veteris. C. de co trahen. & commi. ſtipu. & in l. ſi pactum. ff. de proba. cum conco dan. heres enim perſonam defuncti repræſentat pro ea parte p qua eſt hæres. l. cum a matre. C. de rei vendi. l. ſi ab eo. C. de nego geſt. l. j. C. ſi cer. peta. & cenſetur eadem perſona cum defuncto: v in Auth. de iureiur. a morte. præſti. in princ. colla. v. ita tenet Dec in l. hæredem. ff. de reg. iur.

2 Fallit ſecundo in indiuiduis: vt in l. ſi communem. & in l. nam ſ tis. ff. quemad. ſeruitu. amittan. & in l. iiij. §. Cato. & in l. ſtipulatio nes non diuiduntur. ff. de verb. obliga. cum ibi nota.

3 Fallit tertio, in eo quod debetur pluribus perſonis, non vt ſingu lis, ſed vt vniuerſis, quia diminutione perſonarum etiam ſi vnu tãtum ſuperſit non minuitur obligatio, vt in l. ſicut. in. §. fin. ff. quod cuiuſque vniuerſi. nomine.

4 Limita quarto, vbicunque habet locum ius accreſcendi, quia po tio perſonæ deficientis tranſit ad alium cum onere. Vt in l. vnica, i . §. j. cum pluribus ſeq. C. de cadu. tollen. & in l. & ſi contra. ff. d vulga. & pupill. & late habetur per Bart. & Doct. præcipue Alcia in l. re coniuncti. ff. de lega. iij. Quod eſt intelligendũ quãdo perſona deficiens perfecte excluditur: quia alias non habet locum ius accre ſcendi: vt in l. ſi duo, in princi. & ita notata. ff. de iureiuran. iuncta

com